UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

An celebrans possit assumere parvam formulam, & grandiorem reservare n. 17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

An celebrans poſſit aſſumere parvam formulam, & grandiorem reſervare?

17 SEd ecce tibi aliam quæſtionem: Si id licet, licetne ſacerdoti aſſumere particulam parvam, & grãdiorem conſervare in Pixide, ad illam v. g. exponendam in Oratione quadraginta horarum, ſi forte aliam grandiorem habere, ad hunc finem, non poſſit?

18 Dico eſſe diſtinguendum. Vel enim hic Sacerdos conſecravit in ea Miſſa, tum Particulas parvas, tũ Hoſtiam grandiorẽ, vel ſolum conſecravit ipſam majorem, inveniuntur tamen parvæ præconſecratæ in alia præcedenti Miſſa. Si prius, licet ſacerdoti parvam ſibi ſumere, & majorem reſervare: ſi poſterius, non licet. Ratio eſt, quia ſacerdos debet communicare de ſuo Sacrificio. Nam, ut habet Textus. a *Quali erit*

a *C. relatum 11. de conſecr. diſt. 2. Vide, quæ diximus in 2. Opuſc. de Com. c. 6. §. 6. n. 31.*

erit illud Sacrificium, cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe cognoſcatur? quod facit in caſu priore, non vero in poſteriore.

19 Hinc aliqui Parochi, dum renovant Euchariſtiã, ſi conſumunt, Hoſtia ab alio præconſecratam, eam vero, quam ipſi conſecrant, reponunt in ſacrario, ritè nequaquam faciunt, ſuntque ab Epiſcopis, & à doctoribus corrigendi. Obiicis. At Henriquez, *a* & Fagundez *b* aſſerunt fieri id licitè poſſe. Reſpondeo. At Delugo, *c* qui quæſtionem hanc ſolidè tractat, hos parum Theologicè, & contra omnes Doctores de hac re eſſe loquutos, merito probat.

Dices. At jam participat de ſuo ſacrificio, dum participat de eodem Chriſto, quæ eſt Hoſtia eadem in

omni-

a *Henriq apud Delugo mox citandi.*

b *Fag apud eund.* c *Delugo de Euch diſp. 19. ſec. 4. num. 75. aliique apud ipſum lege etiam Dianam p. 5. tr. 13. reſ. 96.*

omnibus; nam propterea ſi occurrat mori celebrantem, facta conſecratione, poteſt, immo debet alter Sacerdos Miſſam abſolvere, & præconſecratam ab alio Hoſtiam conſumere: Die item Paraſceve alius Sacerdos poteſt conſumere Hoſtiam ab alio die præcedenti conſecratam.

Reſpondeo in priori ex dictis caſibus, quos urges, adeſt ſumma neceſſitas perfectionis Sacrificii, in poſteriore adeſt diſpenſatio Eccleſiæ. Nos autem non aſſeruimus illud eſſe contra omnimodam Sacrificii integritatem, ſed eſſe contra morem, & ordinationes Eccleſiæ volentis juxta ipſius Sacrificii requiſita, ut Sacerdos participet de Sacramento à ſe confecto: ipſa vero in hoc ſolum diſpenſavit, urgente illa neceſſitate, & ſtante illo Paſſionis Dominicæ myſterio exhibendo, nõ autem ſtantibus aliis levioribus occaſionibus, quales certe ſunt dicti caſus expoſitionis, &

renova-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

renovationis Euchariſtiæ, quorum primo facilè occurri poteſt, exponẽdo in Pixide, ſeu Sphœra parvam Hoſtiam exiſtentem in Sacrario; ſecundo autem, conſecrando aliquot Particulas cum Hoſtia maiore; hac enim aſſumpta, & conſumptis veteribus formulis, reſervari in Sacrario recenter conſecratæ ritè poterunt.

An celebrans poſſit elevare Hoſtiam non à ſe conſecratam.

2 SVboritur item alia quæſtio. Quidam in ſua Miſſa, ob prædictum grandioris Hoſtiæ defectum, conſecravit parvas particulas; timens autem populi offenſionem in elevatione Sacramenti conſueta, elevavit ob ſuam cautelam, Hoſtiam grandiorem præconſecratam, quæ forte in Sacrario pro Oratione 40. horarum ſervabitur: Quæritur, an id ritè factum fuerit?